



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

XXXI. D. Britonivs. V. Arch.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](#)

riente in Occidentem Treviros usque transtulit ossa D. Paulini miraculis conspicua, S. Felix II, Pontifex Romanus.

**XXX. D. BONNOSVS. IV. ARCH.**

**D.** Bonnosus quamvis clarissimos inter Trevirensum Archiepiscopos annis 24. continua locum vindicârit sibi, in Divorum Album referri etiam meritus, brevissimo nihilominus encomiorum compendio hoc à Brovvero posteris cominendatur: *S. Bonnosius, sive Bonnosus: sub quo à Valentino Imper. Treviris commorante obtinetur, ne, quod invaluerat, Christiani ab actoribus dje Dominica convenerintur. Quod sanctione decretum est. Demum Bonnosius, postquam annis pluribus sancte presedit, Treviris moritur. Sepultus est ad S. Paulinum.* Si itaque D. Bonnosii fortis humana exanimentur bilance, felicissimum fuisse dicimus, quòd Valentinum Cæsarem clementissimum sibi expertus sit: inter beatas fortis eam fortassis numerare convenit, qua D. Hieronymum Treviris litterarum causâ advenam videre & venerari licuit.

**XXXI. D. BRITONIVS. V. ARCH.**

**D.** Britonius ab aliis Brito, aut Britannus nominatus, S. Bonnosu successit in Archiepiscopali Trevirorum Cathedra; cuius tametsi gesta pleraque literis non habebantur expressa, quemadmodum multorum aliorum Episcoporum, licet in Divorum Cathalogos relatorum, variis tamen Episcoporum Conciliis tum Romæ, tum Treviris ritè celebratis interfuisse legitur. S. Britonii ætate Episcopi Luciferiani Maximo Imperatori adhærebant maximopere, eo persuasi argumento, quod crederent, potentia Maximi Priscilianum in Hispania hæreticum cum sectatoribus quamprimum è medio posse tolli. At fortissime obstatere DD. Ambrosius, Martinus & Britonius, eò quod seculari potestati judicium de rebus Ecclesiæ tribuissent Luciferiani schismatici. Annis 4. absolvit Episcopatum an. 386. mortuus.

L 3

XXXII.